

EXPOSITIONIS EPISTOLÆ AD GALATAS

G DIVI AVRELIJ AVGV-  
stini Hipponensis Episcopi, in librum ex-  
positionis epistolæ Pauli ad Galatas.

P R E F A T I O.



**G**ALATAS propter quâ scribit Apostolus ad Galatas hæc est, vt intelligant gratiam dei id secum agere vt sub lege iam nõ sint. Cum eni prædicata eis esset Euangelij gratia, nõ defuerit quidã ex circumcissione, quãuis Christiani nomine, nõdum tamen tenentes ipsum gratie beneficium, & adhuc volentes esse sub oneribus legis quæ dominus deus imposuerat, non iustitiæ sententibus sed peccato, iustam scilicet legem iniustus hominibus dando ad demonstranda peccata eorum, non auferenda: Non enim auferit peccata nisi gratia fidei quæ per dilectionem operatur. Sub hac ergo gratia iam Galatas constitutos, illi volebãt constituitere sub oneribus legis, asseuerãtes nihil eis professe Euangelij nisi circumcideretur, & ceteras carnales Iudaici ritus obseruationes subirent. Et ideo Paulum Apostolum suspectum habere cõeperant, à quo illis Euangelij prædicatum erat, tanq̃ nõ tenentem disciplinam cæterorum Apostolorum qui gentes cogebant Iudaizare. Cesserat enim talium hominum scãdalis apostolus Petrus & in simulationem ductus erat, tanq̃ & ipse hoc sentiret, nihil prodesse gentibus Euangelij, nisi onera legis imlarent: A qua simulatione idem ap̃s Paulus eum reuocat, sicut in hac ipsa epistola docet. Talis quidẽ quæstio est & in epistola ad Romanos: Veruntamen videtur aliquid interesse, q̃ ibi contentiõnem ipsam dirimit, litẽq̃ componit, quæ inter eos qui ex Iudeis & eos qui ex gentibus crediderant orta erat: Cum illi tanq̃ ex meritis operũ legis sibi redditũ Euangelij præmium arbitrarentur, quod præmiũ incircumcisis tanq̃ immeritis nolebãt dari: Illi cõtrã Iudæis se præferre gestirent, tanq̃ interfectionibus domini. In hac vero epistola ad eos scribit, qui iam commoti erant autoritate illorum qui ex Iudeis erant, & ad obseruationes legis cogebãt: cõperãt enim eis credere, tanq̃ Paulus Apostolus nõ vera prædicasset q̃ eos circumcidi nolisset. Et ideo sic cõcepit: Miror q̃ tam cito transferimini, ab eo qui vos vocauit in gloria Christi, in aliud Euangelij. Hoc ergo exordio causæ quæstionẽ breuiter insinuaui, q̃q̃ & in ipsa salutatione, cum dicit se Apostolũ, non ab hominibus neq̃ per hominẽ, quod in nulla alia epistola dixisse inuenitur, satis ostendit & illos qui talia persuadebãt non esse à deo, sed ab hominibus: & ceteris Apostolis, quantum ad autoritatẽ testimonij Euangelici pertinet, imparẽ se haberi non oportere, quãdoquidem non ab hominibus neq̃ per hominẽ, sed per Iesum Christum & deum patrem se Apostolũ nouerit. Singula igitur ab ipso epistolæ vestibulo, permittẽte domino & adiuuãte studium nostrum, sic consideranda & tractãda suscepimus.

Paulus Apostolus non ab hominibus neq̃ per hominẽ, sed per Iesum Christum & deum patrem qui suscitauit illum à mortuis, & qui mecum sunt omnes fratres, Ecclesijs Galatiæ. Qui ab hoibus mittitur mēdax est, qui per hominẽ mittitur potest esse verax, quia & deus verax potest per hominẽ mittere. Qui ergo neq̃ ab hoibus, neq̃ per hominẽ, sed per deũ mittitur, ab illo verax est, qui etiam per hominẽ missos veraces facit. Priores ergo Apostoli veraces, q̃ non ab hoibus, sed à deo per hominẽ missi

Expositio capli primi.

I. Retrac. ca. 24.

sunt, per Iesum Christum scilicet adhuc mortalem. **K** Verax etiã nouissimus Ap̃s, qui per Iesum Christum totũ iam deũ post resurrectionẽ eius missus est. Priores sunt cæteri apostoli per Christum adhuc ex parte hominẽ, id est mortale: Nouissim⁹ est Paulus Apostolus per Christum iam totum deũ, id est, omni ex parte immortalẽ. Sit ergo testimonij eius æqualis autoritas, in cuius honorẽ implet clarificatio domini, si quid habebat ordo tẽporis minus. Ideo enim cum dixisset, Et deũ patrem addidit, Qui suscitauit illum à mortuis: vt etiã ex hoc modo breuiter iam clarificato missum se esse cõmemoraret. Gratia vobis & pax à deo patre & dño Iesu Christo. Gratia dei est qua nobis donatur peccata vt reconciliemur deo, pax autem qua reconciliamur deo. Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eximeret nos de presenti seculo maligno. Seculũ præsens malignũ, propter malignos homines qui in eo sunt intelligendũ est: sicut dicimus etiam malignã domũ, propter malignos inhabitantes in ea. Secundum voluntatem dei & patris nostri, cui est gloria in secula seculorum, Amen. Quanto igitur magis homines non debent arroganter ad seipsos referre si quid operantur boni, quãdo & ipse dei filius in Euangelio, non gloriam suam se quere dicit, neq̃ voluntatem suam venisse facere, sed voluntatem eius qui eum misit. Quam voluntatẽ gloriamq̃ patris nunc cõmemorauit Apostolus, vt ipse quoq̃ domini exẽplo, à quo missus est, non se quærere gloriam suam significaret, nec facere voluntatẽ suã in prædicatione Euangelij: sicut paulo post dicit, Si hominibus placerẽ, Christi seruus nõ essem. Miror q̃ sic tã cito trãferimini, ab eo qui vos vocauit in gloriam Christi, in aliud Euangelij, quod nõ est aliud. Euangelium enim si aliud est præter id quod siue per se siue per aliquẽ dñs dedit, iam nec Euangelium recte dici potest. Vigilanter autem cum dixisset, trãferimini ab eo qui vos vocauit in gloria Christi: quã volebant illi euacuare, quasi frustra venerit Christ⁹ si q̃ iã venerit circumcisio carnis atq̃ huiusmodi operã legis tantũ valebãt, vt per illa homines salu fierent. Nisi aliqui sunt conturbantes vos & volentes cõuẽtere Euangelij Christi. Nõ quemadmodum istos conturbant, ita etiã conuertunt Euangelium Christi, quia manet firmissimum: sed tamẽ conuertere volunt qui ab spiritalibus ad carnalia reuocãt intentionẽ credentiũ. Illis enim ad ista cõuerfis, manet Euangelij non conuersum. Et ideo cũ dixisset, cõturbantes vos non dixit, & cõuertentes: sed, volentes, inquit, conuertere Euangelij Christi. Sed licet si nos, aut angelus de cœlo vobis euangelizauerit, præterq̃ quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Veritas propter seipsam diligenda est, non propter hominẽ, aut propter angelum per quẽ annunciat. Qui enim propter annũciatores diligit eam, potest etiã mendacia diligere, si qua forte ipsi sua protulerint. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico, si quis vobis euangelizauerit, præterq̃ qd accepistis, anathema sit. Aut præsens hoc prædixerat, aut quia iterauit quod dixit, propterea voluit dicere, sicut prædixim⁹. Tamẽ ipsa iteratio saluberrime intentionẽ mouet ad firmitatẽ retinendĩ eã quẽ sic cõmendatur fidem. Modo ergo hoibus suadeo, an deo? Aut quærõ hominibus placere? Si adhuc hominibus placere, Christi seruus nõ essem. Nemo deo suadere põt, quia manifesta sunt illi oia: sed hoibus ille bene suadet, qui non se illis placere vult, sed ipsam quam suadet veritatẽ. Qui enim placet hominibus nõ ab ipsis suam gloriam quærens, sed dei vt salui fiant, non iam hominibus, sed deo placet: aut certe iam cum & deo placet simul & hominibus, nõ vtq̃ hominibus placet: Aliud est enim placere hominibus,

I. Retrac. cap. 24.

L

MA